

scilicet, afferēs secūdū dei pmissū, cui præministrās, pœnitentiā destinabat
 purgādis mētibus præpositā, uti qcqd error uetus inqnasset, qcqd in corde
Forte radens hoīs ignorātia cōtaminasset, id pœnitētia auertēs & tradēs, & foras abiēcēs
 mūdā pectoris domū supuenturo spiritui sancto paret, quō se ille cū cœle-
 stibus bonis libēs inferat. Horū bonorū unus est titulus, salus hominis, cri-
 minum pristinorū abolitione præmissa. Hæc pœnitentiæ causa: hæc opera
 negocium diuinæ misericordiæ curās: quod homini proficit, deo seruit. Cæ-
 terum ratio eius quam cognito domino discimus, certam formam tenet, ne
 nobis unquām factis cogitatise quasi uiolentia aliqua manus iniiciatur.
 Deus enim reprobationem bonorum ratam non habens, utpote suorum,
 quorum cum autor & defensor sit, necesse est proinde & acceptator. Si acce-
 ptator, etiam remunerator. Viderit ergo ingratia hominū, si etiam bonis fa-
 ctis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad benefaciēdum
 incitamento est, terrena, mortalis utraq. Quantulū enim compendij si gra-
 to benefeceris: uel dispendij, si ingrato: Bonum factum deum habet debi-
 torem, sicuti & malum: quia iudex omnis remunerator est causæ. At cū iu-
 dex deus iustitiæ carissime sibi exigēdæ tuendæq; præsideat, & in eā omnē
 summā disciplinæ sanciat, dubitandū est, sicut in uniuersis actibus nostris,
 ita in pœnitētiæ quoq; causa iustitiam deo præstandam esse: quod quidē
 ita impleri licebit, si peccatis solūmodo adhibetur. Porrò peccatū, nisi ma-
 lum factum, dici non ineretur: nec quisquam beneficiendo delinquit: quod
 si non delinquit, cur pœnitentiam inuadit delinquentium? Priuatū cur ma-
 litiæ officium bonitati suæ imponit? Ita euénit, ut cum aliquid ubi nō opor-
 tet, adhibetur, illuc ubi oportet negligatur. Quorū ergo pœnitentia iusta &
 debita uideatur, id est, quæ delicto deputanda sint, locus quidem expostu-
 lat denotare, sed otiosum uideri potest. Domino enim cognito, ultro spirit⁹
 à suo autore respectus, emergit ad noticiam ueritatis, & admissus ad domi-
 nica præcepta, ex ipsis statim eruditur, id peccato deputandum, à quo deus
 arceat. Quoniācum deum grande quid boni constet esse, utiq; bono nisi
 malum nō displiceret, quod inter contraria sibi nulla amicitia est. Perstrin-
 gere tamen non pigebit, delictorum quædam esse carnalia, id est, corpora-
 lia, quædam uero spiritalia. Nam cum ex hac duplicitis substantiæ congrega-
 tione confectus homo sit, nō aliunde delinquit, quām unde cōstat. Sed nō
 eo inter se differūt, quod corpus & spiritus duo sunt: alioquin eo magis pa-
 tria sunt, quia duo unum efficiunt: ne quis pro diuersitate materiarum pec-
 cata earum discernat, ut alterum altero leuius aut grauius existimet. Siqui-
 dem & caro, & spiritus, dei res: alia manu eius expressa, alia afflatu eius con-
 summata. Cum ergo ex pari ad dominū pertineant, quodcunq; eorū deli-
 querit, ex pari dominum offendit. An tu discernas actus carnis & spiritus?
 quorum & in uita, & in morte, & in resurrectione, tantum cōmunionis atq;
 consortij est: ut pariter tunc aut in uitam aut in iudicium suscitetur: quia sc̄i
 licet pari